Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tantum uero ac proprio accipienda nec ad feu-
dum improprium adeoq; feudum emptum
(: quod de natura alterius contractus scilicet
Emptionis participet:) extendenda uidetur,
ut etiam feudum non simplex, sed mixtum
ex feudali & emptionis contractu contine-
at argo. L. si uero. §. de Viro cum not: Del:
ff. solut: matrim: L. quod uero ff. de leg:
L. Vim passam. §. praescriptione ff. ad L. Jul:
de Adulter: Bald: in c. §. qui Vidimus. qui
feud: poss: Nec enim feudum proprium
uideri potest, cum non sit gratuitum per c.
.i. in fin: de feud: dato In Vicem. L. commis-
sis. Vbi dicitur feudum non sub praetextu
pecuniae, sed amore & honore Domini ac-
quirendum esse.

Hinc eleganter scripsit Natta d: cons: 159. n.
16. reuera stultum uideri in feudo empto
attendere regulas feudales, quia tali feudo
non competat definitio feudi, in quo poni so-
leat, id esse beneficium, ubi plura

Et quidem quando Emptionis contractu feu-
dum acquiritur, it iam non amplius feudum
simpliciter, sed ex suo sanguam principali
contractu feudum emptum denominetur.
Emptionis contractus potius, quam mera
feudi natura attendi debere uidetur, maxime
cum